



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Præbendis. Consilium CCLXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

Paulus De regul. iur. l. In omnibus De solut.

Nec maiores aut diuturniores vires potest habere horum appromissorum adjecta ulterior promissio de procuranda assignatione alterius super alio beneficio, si hæc prima reservatio inveniretur invalida, minus legitima, aut insufficiens: ob id, quod conditionalis sit hæc promissio de alterius pensionis assignatione, quæ non evenit, eo quod hæc pensio valida, legitima, & sufficiens fuerit ab initio, licet fortuito casu defecerit, qui non potest dictis adpromissoribus imputari: atque ita hæc promissio ob defectum conditionis nullius momenti est, *l. Si ita scriptum §. 1. De leg. 2. l. Cum centum De adimen. leg.*

3 Ut nec ex ea parte producat dictorum appromissorum obligatio, quod promiserint hanc pensionemolvere, etiam si dictus D. Ioannes dictam Ecclesiam de Moll, ex cuius fructibus solvenda erat pensio, resignaverit aut dimiserit: cum neutrum factum sit, sed ex eius morte vacaverit, in quem casum D. Ludovicus sibi provideri non curavit, sed sibi tantum prospexit adversus illos casus, quibus fraudulenter D. Ioannes in sua vita posset desinere esse possessor dictæ Ecclesiæ, *Gigas d. q. 44. nu. 3.* Cum hoc præterea metuendum sit, ne ex hac re controversiâ in iudicium deducta obijci, & disputari possit de nullitate huiusmodi pacti, & promissionum tamquam illicitarum, & à jure improbarum, ideoque consultius videatur cum his adpromissoribus amicabiliter transigere, quam per rigorẽ iudicii cum illis contendere.

De Præbendis & dignitatibus.

S Y M M A R I U M.

Pensio Ecclesiastica an inhabili ad beneficium constitui possit.

1. Pactio de pensione solvenda & consentiendo in illius reservationem, quo iure valeat.
2. Pensionis incapax qui beneficii incapax est.
3. Pensio in fraudem reservata non valet.
4. Filius non potest beneficium patris assequi, nec ei reservari potest de super pensio.
5. Promissio de consentiendo in pensionem quam actionem tribuat.

C O N S I L I U M C C L X V.

V S v magis ac moribus, Hier Gigas de pens. q. 5. nu. 1. quàm jure, Gloss. in c. Ex parte 1. De offi. deleg. relin. in c. Ad audientiam 2. De rescr. receptum & comprobatum est, † in resignationibus beneficiorum, ut pactio, seu conventio de solvenda pensione, seu de consentiendo in reservationem pensionis ex resignato beneficio sub beneplacito Sedis Apostolicæ sustineatur; cuius virtute promittens urgeri possit ad consensum in reservationem præstandam, & reservatam pensionem solvendam: ita ut ea consideratione D. Ioannes, cuius mentio fit in casu proposito, urgeri posse videatur, ut assignet & solvat pensionem Paulo, propter resignationem Canonici & Scholasticæ per Dominum Petrum dicti Pauli patrem illegitimum factam, interpositâ stipulatione & promissione, etiam juratâ de solven-

da & assignanda pensione dicto Paulo.

Verum exactius re perpensa vix est ut sustineri possit huiusmodi promissio; † idque hæc præcipue ratione, quod illicita sit omnis pensio, & multo magis promissio solvenda pensionis, quæ illi constituitur vel promittitur, quiphius beneficii capax non est, *vanor. in d. cap. Ad audientiam 2. & in c. Conquerente De cler. non resident. † quia in 3 fraudem promitti & reservari dicitur; veluti cum Collator alicui beneficium confert, ut collatoris cognato huiusmodi beneficii per iratam, aut alia ratione incapaci pensio reservetur super fructibus illius, aut alterius beneficii, Gigas de pensio. q. 5. in princ. † Iam verò constat filium illegitimum beneficiari non posse adipisci beneficium patris, c. Conquerente cum multis alijs sequen. De filijs presby. & per consequens nec ei reservari ex vel super eodem beneficio pensio aliqua, Gigas d. q. 5. in princ. Deinde ut maxime valeat huiusmodi promissio, quia tamen illa facta est Domino Petro, non Paulo ejus filio; non potest virtute ejusdem Paulus ad illius implementum agere, l. Stipulatio ista §. alteri De verb. obligat. præsertim quia nullus, Notarij stipulatione interpositâ sub privatâ manus chirographo facta sit huiusmodi promissio; veluti per tacitam fidei accommodationem ad utilitatem illius, qui directè & beneficii, & pensionis futurus erat incapax, l. In fraudem De his quibus utitur §. Et præterea jure successionis, tamquam hæres non potest Paulus hanc promissionem urgere; quia hæres non est, neque esse potest, §. fin. in Auth. Quibus mod. natur. esse. legit. neque etiam est huiusmodi obligatio hæreditaria quatenus ad Dominum Petrum refertur. * Alioqui sanè si prædicta non obstarent, potuisset D. Ioannes per præfatum Dominum Petrum urgeri ad præstandam & exequendam juratam suam promissionem non simpliciter, sed in beneplacito Sedis Apostolicæ conceptam; & adversus recusantem potuissent impetrari literæ Apostolicæ, quibus ad constitutionem procuratoris, qui in pensionis huiusmodi reservationem consentiret, cogeretur, Nic. Boer. decis. 205. & 207. Steph. Ausser. decis. Tholos. 260.*

De Præbendis.

S Y M M A R I U M.

Pensio in quota fructuum.

1. Pensio etiam in quota fructuum constitui potest.
2. Solvi aliud pro alio non potest etiam in donatione.
3. Ex promissione alternativa utrumque est in obligatione.
4. 6. 9. L. 1. §. 1. l. Cum certum l. Cum aurum De auro & arg. leg. intellectus.
5. Divisioni non subijciuntur, sed æstimationes res quæ commode dividi non possunt.
7. Hæres interdictum non corpus, sed æstimationem solvendo liberatur.
8. Auro vel argento legato quid continetur.
10. Compensatio non est inter ea, quæ diversa natura sunt.
11. Pensio ut valeat necesse est exprimere valorem beneficii.
12. Pensionis excessum quis allegat probare debet.

CON.

ILLVD in definienda lite, quæ coram Reverendo D. Conservatore privilegiorum almae Universitatis Studij generalis Oppidi Lovaniensis calculo ferendæ sententiæ nunc subiacet, inter Remigium Alpheronyum Actorem, ac Dominum Petrum Xenemont Reum, imprimis & ante omnia discutiendum & resolvendum est, ad quid obligatus fuerit, & sit dictus Reus ex reservata pensione, de qua in hac causa quæritur, ex Apostolicis Bullis, quas dictus Reus tandem post longam tergiversationem absolute & simpliciter confessus est & agnovit. Vtrum namque ab adversa parte debeat, non satis intelligi, aut studio dissimulari (alterius interpretationis & intellectus contorsione injecta) videtur; dum passim in actis huius causæ contendit Reus, & in eo perseverat, quod ratione reservationis huius pensionis tantum debeat singulis annis viginti quatuor ducatos. ¶ Sed in eo plurimum aberrat: nam diligenter inspicendo dictas Bullas tam gratiosam quam rigorosam, nusquam invenitur constituta, aut reservata aliqua pensio in pecunia, seu certa quantitate viginti quatuor Ducatorum: sed (ut etiam Reus fatetur) in certa quota non pecuniæ (quæ quantem facit) sed alterius rei, quarta scilicet partis omnium & singulorum, Canoniciatus & Præbendæ Ecclesiæ S. Dionysij Leodiensis, fructuum, reddituum, & proventuum. Quæ sanè diversa sunt; ut aliud est merx, aliud pretium, seu pecunia, l. 1. in princ. de contrab. empt. Quod apertissime his inter alia verbis dictarum Bullarum declaratur: ac Martinum & Successores prædictos ad integram solutionem dictæ pensionis tibi faciendam iuxta reservationis, constitutionis, & assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos. Et quod in omnibus earundem Bullarum hanc clausulam præcedentibus clausulis, & articulis, nullius alterius reservatæ pensionis, mentio fiat, quàm quartæ partis dictorum fructuum; nullâ prorsus factâ mentione taxationis seu appretiationis, & valoris eorundem fructuum, in toto vel parte: ut etiam indubitatum est Pontificem posse creare, reservare, & constituere pensionem in quota parte fructuum, reddituum, & proventuum beneficii; idque vel pro media, vel tertia, vel minore aliqua alia quota, Hier. Gigas de pens. quest. 8. & famul. respons. seu consil. 1. Neque naturam pensionis alterat aut mutat, quod in dictis Bullis postea longiore intervallo, non in dispositiva parte, neque dispositivè, sed enuntiativè apponantur hæc verba: Quorum & illis forsan annexorum fructus, redditus & proventus nonaginta sex Ducatorum Auri de Camera secundum communem estimationem valorum annuum ut asserere non excedebant: quia illa non ad constituendam estimationem, seu appretiationem dictorum fructuum, seu alicujus quartæ illorum, sed ad effugiendum vitium surreptionis & obreptionis adjecta sunt, Felin. in. c. ad aures de rescript. Gigas cons. 26. Quam tibi ex animo nu. 24. ad facilius inducendum Sanctissimum Dominum Papam ad creationem & reservam.

Cons. Wamel. Tom. I.

tionem ejusmodi pensionis quartæ partis reddituum & fructuum, non quantitativè, sed per viam quotæ; quæ magnæ estimationis non est, cum in præcedente parte dispositiva valoris, aut estimationis illius quotæ nulla prorsus facta sit mentio, eo fine, ut inde quoque taxata dici possit dicta quarta pars fructuum ad 24. Ducatos: ut consentienti in reservationem ejusdem pensionis, & ejus successoribus censeatur quoque data potestas, solutione dictorum 24. Ducatorum se liberare à præstatione quartæ partis fructuum: quasi in obligatione quidem sit quartæ pars fructuum; in solvendi verò facultate, si velit debitor, solutio dictæ estimationis, seu taxationis.

Sed nimis absurdum est hoc dicere: cum enim regula juris sit, aliud pro alio invito creditori solvi non posse, l. 2. §. 1. in fine de rebus cred. & superius satis demonstratum sit, aliud esse quotam, aliud quantitatem, aliud esse rem, aliud pretium, seu estimationem; consequens quoque est, debitorem fructuum seu quotæ illorum præcisè teneri ad illorum præstationem, quasi genere ad speciem, seu individuum redactio. Natis namque fructibus & preceptis, certa efficitur obligatio & restringitur ad corpora percepta, l. Vbi autem §. 1. & 2. de verb. oblig. & sic ex postfacto certa afficitur, Bart. in d. l. Vbi autem §. quillud; neque cogitur creditor aliud, quàm ipsos fructus seu fructuum extantia corpora recipere: quia aliud in obligatione non est, neque cogitur debitor loco istorum estimationem invitum dare; quia ad illum obligatus non est, sed ad ipsos fructus, l. Si quis stipulatus fuerit decem in melle & ibi DD. de solution. Quod non tantum in odiosis, & exorbitantibus, inter quæ connumeratur pensionis reservatio quoad illius originem & creationem, Gigas de pens. q. 96. verum etiam in favorabilibus obtinet. Vnde est, quod non audiat hæres nec liberetur, si cum ab eo poculum aut quævis alia res legata est alicui, oblatâ estimatione à legatario liberari velit, & rem retinere, l. Si domus §. cum alicui de leg. 1. Hinc etiam est, quod cui ex donationis causa res seu species aliqua certa donata, non tamen ei tradita est, possit donatorem etiam invitum cogere ad corpus rei donatæ tradendum. Imò (quod huc propius pertinet) si quis universitatis donationem faciat, veluti omnium fructuum, aut partis alicujus illorum, ut potè dimidiæ, tertiæ, quartæ, seu alterius, cogi potest, ut ea ipsa pars non per estimationem, sed rerum seu corporum præstationem tradatur, l. Si quis argentum §. sed etiam si quis C. de donation. alioqui invito creditori aliud pro alio solveretur in genere, arg. l. Si vima in fine de peric. & commodo rei vend. & absurdum esset, ut cogi possit creditor recipere à suo debitore, quod ut idem solveret jure obligationis cogere eum non posset; quia id exigendo, & sic re plus petendo periculum causæ sibi superinduceret, c. 1. & ibi DD. de plus petis. §. si quis agens. vers. sed hac bodie Instit. de action.

Neque parti Rei suffragari potest, quod Pomponius respondit, in l. Non amplius §. cum bonorum de leg. 1. bonorum certâ parte legatâ, succursi

Y y 2

curri

curi heredi, ut ipse eligat, siue rerum partes, siue æstimationem dare maluerit; & quod idem Pomponius rursus alio loco respondit, in l. 1. §. 1. *De auro & arg. legato*, heredem, qui certum pondus argenti alicui dare iussus est, liberari ipso iure dando pecuniam numeratam; cui consonat Modestini responsum, d. l. *Cum certum eod. tit.* atque etiam Vlpiani, l. *Cum aurum in princ. eod. tit.* legato auri vel argenti certo pondere, non materiam, sed pretium præstari debere, magisque quantitatem legatam videri. Sic quod idem constituendum quoque videatur in reservatione huius pensionis, ut possessori beneficii liberum sit, utrum malit præstare: potissimum propter æstimationem omnium fructuum seu bonorum ipsius beneficii 3 semel expressam; † quasi sit alternativa, in qua res, quæ sub alternatione promittuntur, ad obligationem quoque poni, l. *Si duo patroni. in fine De verb. oblig.* & in obligatione esse dicuntur, l. *Illud De const. pecunia*; & regulariter in facultate debitoris est, utram solvendo, obligationem, & actionem extinguat, c. *In alternativis De reg. iur. lib. 6.* non 4 ipsius creditoris, utram petat. * Non potest, inquam, hæc juris consideratio Reo in hac re suffragari: nam refert Pomponius in d. l. *Non amplius §. cum bonorum*, articulum hunc juris suo tempore admodum controversum & dissensionibus, ac sectis Proculianorum & Sabinianorum fuisse involutum: Proculianis existimantibus rerum partes in obligatione & solutione tantum esse; Sabinianis æstimationem. Proculus strictam juris rationem sequebatur; quia aliud pro alio invito creditori solvi non posset, l. 2. §. *mutui datio De reb. cred.* Sabinus non multum interesse existimabat, æstimatione an res præstaretur; quia pecuniæ omnes res æstimentur. In hac controversia inter Proculum & Sabinum, Pomponius sic rem temperavit, ut uno casu æstimatio ab hærede omnino præstanda sit, si res vel naturaliter indivisæ sint, vel sine damno earum divisio fieri non possit; 5 * ut etiam observatur in iudicijs familiarum exciscundæ & communi dividundo; ut cum res commodè dividi non possunt, uni hæredum illæ adjudicentur, & is invicem in certa pecunia alteri condemnatur per arbitrum, §. *si familia Insti. De off. iud. l. 1. c. C. omnium. divid.* ad vitandam difficultatem, incommoditatem, & discordias, quas communio rerum excitare solet, l. *Cum pater §. dulcissimi De leg. 2. l. 10 de imola in d. §. cum bonorum nu. 4.* & quod res communes plerumque negligi soleant, l. 2. c. *Quando & quibus quarta lib. 10.* Quæ etiam ratio est, cur quis invitus in communione retineri non possit, l. *Si non sortem §. si centum De cond. indeb.* nec novum, aut mirum sit, aliquid in solutione, seu solvendi facultate esse, quod non sit in obligatione, d. l. *Si quis stipulatus decem De solut.* Ut verò altero casu in rebus, quæ sine damno dividi possunt, heredi permittatur electio, siue rerum, hoc est corporum, quæ in bonis sunt partes siue æstimationem dare voluerit.

6 Eri enim verius sit, quod Proculus existimabat, & Bartolus ceterique eum sequuti, magis ac magis probare videntur, in d. l. *Non amplius §. cum bonorum*, in obligatione tantum res ipsas esse; vel eo argumens, quod certæ bonorum parte

legatæ ex mora hæredis non usura, ut sit pecuniæ seu æstimatione legatæ, sed fructus rerum præstentur, l. *Si quis bonorum De legat. 1.* ut observatur in legatis rebus, l. *Vsura De verb. signifi. l. 1. & ult. c. De usu & fructib. legat.* censuit tamen Pomponius bene, in hac ambiguitate & concursu repugnantium, seu dissidentium rationum, non rigorem juris, quem Proculus sequutus est, ut res ipsa scilicet, non pretium solvatur, d. l. *Non amplius §. cum bonorum*, cum æstimatio in obligatione non sit, sed benignitatem esse sequendam, d. l. *Non amplius §. cum bonorum*; cum generaliter bona sit ratio recedendi à subtilitate & rigore juris, ex occasione utilitatis, æquitatis, & humanitatis, l. *Capienda D. De reg. iur. &*, ut paulò antè diximus, novum non sit, plerisque casibus aliud esse in obligatione, aliud in solutione, docet in d. l. 2. §. *mutui datio.*

Quo exemplo, & in singulis rebus, seu corporibus legatis interdum à regula receditur, & heredi permittitur, retentæ re legatæ, ut liberare possit solvendo æstimationem rei, si probabilem affectionem ex ipsa re habeat, aut alter ejus sine damno legatarii intersit, d. l. *Si domus §. penult. De legat. 1.* Quod & in penalibus admittitur, veluti in servo actore, qui in commissum recidit, ideoque non venire, seu vendi debet, sed pro eo viri boni arbitratu æstimatio præstanda, l. *Interdum De pub. & veligal.* Eoque pertinent verba Pomponij hæc, in d. §. *cum bonorum, Sed oportet heredi succurri*: hoc est secundum rigorem præstandas esse partes rerum, sed æquum esse & utile heredi succurri, ei quæ indulgeri, ut possitolvere, vel res, vel æstimationem. Et quod heredi potius in hoc casu, quàm legatario succurrendum sit, notum ex eo est, quod id magis conveniat voluntati testatoris, & quod generaliter in dubio ea interpretatio sequenda non sit, quæ heredem magis onerat, l. *Vnum ex familia §. si rem De leg. 2. l. Stichus in fine De usu & usufructu leg.* & quod debitoris causa in electione semper sit favorabilior, l. *Plerumque in fine De iure delicti.* Sic quod satis constat, speciem illam à Pomponio propositam à juris communis regulis recedere, & specialis ejus, seu singulare contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem continere; ideoque ex ea regulâ juris non posse constitui, nec illam ad consequentiam producendam esse, l. *Quod vero De legib. Nicol. Everardus præses in loco à speciali.* Quod nullam dubitationem habet; cum extet aperta Iustiniani definitio in donatione certæ pecuniæ, substantiæ, seu bonorum donatoris, d. l. *Si quis argentum §. sed & si quis universitatis*; nec ulla sit ratio, cur in parte bonorum, sub qua non tantum jura, sed etiam corpora contineri possunt, idem non obtineat, quod constitutum est in singulis vel pluribus rebus legatis, d. l. *Si domus §. cum alicui peculium.*

Pariformiter quod ex alijs ejusdem Pomponij, d. l. 1. *De auro & arg. legato*, Modestini, d. l. *Cum certum*, ac Vlpiani, d. l. *Cum aurum post princ. responis* profertur, ipso iure liberari heredem, si pro certo pondere auri vel argenti legato, pecuniam numeratam legatario det, aliam rationem habet; hanc scilicet, quod certæ rei legatum

legatum non sit, sed generis non comprehensi sub certa specie, quod repræsentari, imò formaliter & propriè secundum formam legati per numeratam pecuniam præstari dicitur; & sic numerata pecunia, ex qua legatum pondus conficitur, non pro æstimatione, sed pro materia magis accipitur; ob id, quod species auri & argenti signati sit de eadè materia, & facillè reducibilis in effectum ad ipsum relictum, & constata seu ad eandem materiam redacta, iterum reducibilis ad materiam signatam, *Ioan. de Imola in d. §. cum honorum nu. 4. & in l. si domus §. in pecunia n. 8.* sic ut facillè hæc convertantur, & inter illa non sit discrimen in effectum juris considerabile. Imò legatario id magis prodest, habere legatū pondus potius in signata pecunia, quàm in rudi massa seu materia, aut in alio auro & argento non signato, sed factio, ob id, quod signata pecunia seu nummi ad expositionem & erogationem semper sint parati, non periende factum, aut infectum aurum vel argentum. Quæ etiam ratio est, quod non certo pondere, sed auro, & argento testatoris relicto, contineatur tantum factum & infectum argentum, non signata pecunia, seu nummi, d. l. *Cum aurum in princ. l. Quintus Mutius §. 1. de auro & arg. legato, Franc. Marcus decis. Delph. 50. parte 1.*

Ex quibus omnibus satis demonstratum est, in hac causa retinendam, & sequendam esse communem juris regulam, d. l. 2. §. *mutui in fine l. Eum à quo C. De solut.* hoc est Auctorem huius causæ non esse cogendum, ut viginti quatuor Ducatos pro quarta parte fructuum recipiat; cum in obligatione tantum sit quarta pars fructuum, & minime nonaginta sex Ducatorum, imò nec in solutione, seu solvendi facultate. Vsq̃ue adeo ut nec illud Auctori obesse possit, quod illius non interfit, utrum accipiat, fructus, an Ducatos; quasi in Ducatis fructus, & in fructibus Ducatos habeat, & hæc inter se functionem mutuam quæ compensationem admittere videantur, per solutionem potius, quàm per speciem; ut omnia quæ numero, pondere, aut mensura constant, d. l. 2. §. *mutui*; & cum non interest, iniquum est eo nomine actionem seu replicationem dari; sed æquum sit exceptione, *tunc non interest*, agentem repelli, *Cassien. in l. 1. C. Sine censu, vel relict.* Nam hæc consideratio inepta est, propterea quod, ut diximus, in obligatione sit tantum quarta pars fructuum, non viginti quatuor Ducati, qui ne quidem in solutione, seu solvendi facultate sunt, & quos si actor petisset, exceptione repelli poterat. Neque rectè dicitur, non interesse, utrum Auctor habeat: non enim quatenus, & quanti ejus interfit inspicitur, sed quæ sit conditio ipsius obligationis, & inde confurgens necessitatis vinculum, l. *Stipulatio ista §. alteri De verb. obligat.* cujus fines ut non potest Auctor excedere, ita nec Reus ab illis recedere.

10. Quæ ratio etiam est, cur inter ea compensatio non admittatur: quia quæ diversa & diversæ naturæ sunt, ad compensationem functionemque idonea non sunt, *gl. in l. ult. C. De compensat.* non tantum species & certa corpora, verum etiam quæ functionem in genere suo recipiunt, si non ejusdem quoque generis sit quod petitur. Vsq̃ue adeo ut diversitas generis, functionem, & compensa-

Conf. Wamef. Tom. I.

tionem impediatur; veluti si pro tritico vinum offeratur, aut pecunia, d. l. 2. §. *mutui d. l. Eum à quo*, & eatenus metimur interesse Auctoris, quia scilicet ita conventum est. Et in proposito ex consensu tam pendens, quàm recipientis pensionem per Sedem Apostolicam constituta est pensio non in Ducatis, sed in quarta parte fructuum. Cum alioqui aliud quoque interesse hîc considerari possit, cor scilicet interfit Auctori potius habere fructus, seu fructuum species; cum incidere possit casus (ut hoc anno & plerisque alijs præcedentibus in magna frumenti caritate contigit) quo expediat Auctori frumentum potius, quàm illius pretium habere; veluti ad alendum se, & familiam suam, & ad illud, cum plurius est, in tempore distrahendum; item ad servandum in tempus, quod plurius erit. Versatur enim huiusmodi interesse circa rem, & ejus pretium; & intrinsecum est, seu connexum, atque ex constitutione Iustiniani etiam in lucro capiendo considerabile, l. 1. in fine C. *De sententia qua pro eo quod interest, gl. in l. Si sterilis §. cum per venditorem de act. empti. & vend. & absurdum foret Reo permitti, ut in caritate frugum æstimationem viginti quatuor Ducatorum dare &olvere posset; in earum verò vilitate, aut sterilitate, quartam partem earum in specie præstare. Et quod Reus existimat S. D. Papæ mentem & intentionem fuisse, obligationem huius pensionis restringere ad viginti quatuor ducatos; ut ij vel soli, vel saltem sub alternatione ad obligationem positi censeantur, & sic in facultate Rei sit quodcumque alterutrum & utrum velitolvere, l. Si duo De verb. obl. d. l. plerumque in fine, ex eo quod ex relatione & narratione Auctoris omnes fructus huius beneficii sint taxati ad nonaginta sex ducatos, eo valore dissoluto proportionabiliter per omnes & singulas dictæ æstimationis totius partes, l. *Quæ de tota De rei vindic.* admodum improbabile est, tum propter causas superius dictas, tum quod, ut superius etiam dictum est, expressio valoris non respiciat rem, seu id, quod pro pensione constituitur, sed ipsam impetrationem reservationis in genere. * ob id, quod per regulas Cancellariæ Apostolicæ ad impetrationem pensionis, ut etiam beneficiorum, necessaria sit expressio annui valoris beneficii, quod impetratur, *reg. Cancell. de val. expr. in imper. benefic. & ad illam Lud. Gomef.* non quidem ad substantiam impetrationis, sed ad effectum avertendæ surreptionis, & quod expressio valoris sit potius (ut inquit Ludovicus Gomefius ad d. reg. Cancell. q. 8. num. 5.) ex stilo propter dictam regulam Cancellariæ, si nullus valor exprimeretur, quàm de jure, *gl. in Clem. 1. De præben.* Neque id est contra mentem aut intentionem Pontificis reservantis; quia constat ex parte dispositiva dictarum Bullarum, quod voluerit Pontifex reservari quartam partem fructuum, non quartam partem expressi valoris, cum hæc diversa sint, & unius tantum expressio facta sit in parte dispositiva: unde meritò in reservatione fructuum pro pensione, nullus est habendus respectus ad valorem, qui in parte narrativa seu enunciativa exprimitur. Neque id similiter dici potest esse contra mentem resignantis,*

Y y 3

& reli.

& resignatarii, qui sub beneplacito Sedis Apostolicæ pacti sunt præcisè de quarta parte fructuum, non æstimationis; cum in dubio mens resignantis inspicere debeat, quia agit, & certat de damno vitando, cum resignatarius ceterat de lucro captando: atque ita iudicatum esse in auditorio Rotæ Romanæ testatur Lud. Gomezius, d. *quæst.* 8. nu. 4. Et quando ita hominum mores sunt, ut plus tribuant mortuæ, quàm viventis voci seu testimonio, & interdum mortuorum Doctorum suffragiis postponant etiam Iuris evidentes rationes, quales aliquot ad definitionem præsentis controversiæ superius nos adduxisse putamus, proferimus & indicamus D. Hieronymi Gigantis in materia pensionum versatissimi Interpretis quoddam responsum, seu consilium, *resp.* 26. *incip.* *Quam tibi*; in quo in simili, imò penè eadem causa reservatæ pensionis tertiar parvis fructuum beneficii, cujus valor ad sexaginta ducatos de Camera expressus fuit, respondit tertiam partem fructuum, qui colligerentur ex ipso beneficio, non viginti ducatos, qui sunt tertia pars sexaginta Ducatorum deberi. Quod indicasse & ad illum remississe satis est: continet enim rationem contrariam seu dubitandi ac decidendi examinationem & discussionem: ita quod inde, & ex prædictis satis percipiatur Actoris plurimum interesse, asserere, & defendere obligationem in dictis Bullis ad quartam partem fructuum constitutam & restrictam, & minimè ad expressum valorem viginti quatuor Ducatorum; ideoque fieri posse, ut Actoris latius intersit, habere quartam partem fructuum, qui ex fertilitate annorum, & eorundem caritate longissimè excedere possent quartam partem viginti quatuor Ducatorum; & minimè quartam partem fructuum. De quo tamen excessu ex parte Rei nihil proponitur, tam quoad fructus, quàm viginti quatuor ducatos, nec hic contra Actorem præsumi potest. * Nam alleganti excessum incumbit onus probandi, non ei, qui pro modo valoris & quantitatis stat, *Gigas de pension. q. 9. nu. 9.*

Et sic finem faciendo concludimus in potestate quidem Actoris esse, ut si velit, admittere possit solutionem 24 Ducatorum, non etiam si nolit tam sine causa, quàm ex iusta causa; ideoque Reum condemnandum esse, ut quantum minus ex consensu, & velut necessaria conniventia Actoris in hac lite post consumptos per Reum ejusdem quartæ partis fructus consignavit, superaddat, quanto plurius esse comperitur, in eadem quarta parte fructuum pro annis, pro quibus in hac causa agitur: condemnando ob id Reum, qui huiusmodi quartam partem fructuum recepit, ut Actoris rationes & reliqua detractis solutis reddat, unà cum expensis huius litis.

De Prabendis.

SUMMARY.

Pensio super fructibus à quo peti possit.

1. Pensio solutio à quo exigi possit gravato non residente in beneficio.
2. Capitulum sede vacante conferre beneficia, uni ipsa dignitas conferre tenetur.

4. Arresto in rebus posito, an etiam persona ipse conveniatur.

CONSILIUM CCLXVII.

PER nominationem seu præsentationem Regiæ Catholicæ Majestatis vigore certi indulti Apostolici D. Hubertus de la Torre V. I. Doctor obtinuit Decanatum S. Odæ Rhodensis; in cujus adeptione consentiit in reservationem pensionis annuæ trecentorum florenorum Petro Armentiers personæ dictæ Regiæ Majestati gratæ & acceptæ: factâ desuper promissione in forma Cameralis obligationis de solvenda huiusmodi pensione, visâ nudâ signaturâ, quæ per Sedem Apostolicam dicto Petro concessa est. Cuius prædicti Decanatus conditio illa est, quod non residente Decano fructus pertineant ad Capitulum. Quæritur, à quo huiusmodi pensio quamdiu Decanus non residet, peti possit; an ab ipso Decano, an verò à Capitulo; & an arresto fructibus prædicti Decanatus imposito, simul etiam personali actione adversus dictum Decanum procedi possit?

Quam quæstionem paucis resolvendo dicimus, pensionem indubitatè deberi; nisi ex aliqua causa prædicta signaturâ de surreptione, aut obreptione, aut ex alia causa extrinsecus oppugnari, & subverti possit: de quo nihil proponitur. Eius autem petitio dirigi potest prius adversus ipsum Dominum Decanum consentientem ac promittentem, & Nisi esset De prabendis.

Nec quicquam facit, quod Decanus non residet: nam primum hoc illi ad culpam refertur; cum clerici sit in suo beneficio præsertim dignitatem aut curam animarum habentem residere, *c. Quia nonnulli cum alijs de cler. non residenti.* & non residenti ut minimè subtrahantur fructus, *c. penult. de cler. non resid.* sic ut, cum per eum sit, excusationem inde desumere non possit. Qui enim facit quod minus possit, pro eo habetur, ac si posset, *l. Qui potest facere de reg. iur.* ut nec damnum sentire intelligitur, quod quis ex sua culpa sentit, *l. Quod quis ex culpa de reg. iur.* cum factum cuique suum, non adversario ejus, nocere debeat, *l. Factum de reg. iur.* Itaque propter obligationem, quæ non tantum effectum realem habet quoad fructus, sed etiam personalis est, & promittenti, consentienti quæ cohæret, quamdiu beneficium habet, *d. cap. Nisi esset*, rectè conveniri poterit ipse Decanus, etiam si fructus non percipiat ex facto proprio, quod aliquo modo illi ad culpam refertur, & reprehensionem meretur, *Barthol. de sentent. de excommunicat. subsidio q. 34. nu. 3. Gigas de pens. q. 62. n. 9.*

Dubium quoque non est, quin eo nomine etiam Capitulum conveniri poterit; quia ita concepta sunt verba signaturæ seu reservationis Apostolicæ, quod fructus quoque dicti Decanatus censeantur obligati; ut communiter in reservatione pensionis Ecclesiasticæ fieri solet, per hæc verba, *super fructibus &c.* Ita ut non tantum ipsi consentienti, ac promittenti noceat huiusmodi reservatio, sed & futuro successori, qui non consentiit, etiam si illius mentio in genere non sit facta, *Lud. roman. consil. 388. Reddus dicta mensa*: quanto magis in proposito, ubi in signaturâ expressè cavetur, hæc pensio